

www.e-rara.ch

Johannis Wallisii ... Tractatus Duo. Prior, de cycloide et corporibus inde genitis. Posterior, epistolaris; in qua agitur de cissoide et corporibus inde genitis: et de curvarum ...

Wallis, John

Oxoniae [Oxford], 1659

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9438>

Honoratissimo doctissimoque domino, D. Roberto Boyle armigero, tum illustri familia, tum magnis virtutibus nobili.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

[]
Honoratissimo Doctissimoque Domino,

D. ROBERTO BOYLE

A R M I G E R O,

Tum illustri Familia, Tum magnis
Virtutibus Nobili:



UUM, Scientiam nullos habituram inimicos, præter ignorantes, jam olim sit scitissimum: Nemo, credo, aut inique aut imprudenter à me factum existimabit, quod Scientissimum Virum opusculo huic nostro patronum advocaverim. Qui præter tuam in Theologicis tum cognitionem tum praxin; atque in Linguis, tum sacris, antiquisque, tum modernis etiam peritiam; in Politicis item, & negotiis publicis, & rerum & personarum, domi peregreque, intimam notitiam,

Qui mores hominum multorum nôris & urbes: In Physicis etiam, & veræ Philosophiæ venatione, ita perpetuis & subtilissimis Experimentis, Medicis, Chymicis, Anatomicis, aliisque omne genus, Naturam quasi ferro & igne prosequeris, (nedum per omnes subtiliorum in quacunque arte Opificum officinas,) in secretos abditissimosque sequeris recessus, & quasi in viscera penetras; ut mirum ni tibi tandem se in prædam dedat. Quique Naturam, tanquam equuleo impositam, severâ saltem, ne crudeli dicam, questione, torquendo vexas & retorquendo, quò verum tandem fassa secreta pandat omnia: idem, in Matheſi,

(A 2)

Equa-

*Aequationes Analyticas (Equuleum Mathematicum) ver-
sas; quo vix subtilius aliud instrumentum abdita perqui-
rendi, aut extricandi involuta.*

*Quamquam enim tam perspicacis ingenii Virum, atque
subacti iudicii, reformidare debere videar, qui de nostris
sententiam ferat; ut quae, vel leviora maegequam aut aevelas,
vel aevadosias etiam, siqua deviatum est, potis es dignoscere:
Tu tamen, qui cetera nôris, novis etiam quam in festino
scripto multa sint condonanda, quamque omnino arduum
sit, omnem unguis critici scalpturam devitare.*

*Invenies autem, ex subtilissimis praesentis seculi inven-
tis, si non omnia, praecipua saltem, vel ex professo tra-
dita, vel obiter insinuata: Eaque, utut non nova om-
nia, aut nulli haecenus reperta, at novis saltem demon-
strationibus ornata, & methodis nostris accommodata.
Et quidem ab aliis nonnulla per longiores ambages
& particulatim inventa, mirabere forsitan tam facile ex
principiis nostris, & universaliter traditis, simplicius &
sponte fluere.*

*Tu vero, ut soles, & doctis favere pergas, & studia
promovere: nec averseris interim,*

VIR NOBILISSIME,

Tui observantissimum
& amantissimum,

JOHANNEM WALLIS.